Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32269
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift



Et quando secuti fuerunt discipulos domini nostri ihesu christi apud
se passim constitutas cartas differentibus linguis con-
scriptas de factis miraculis a domino nostro ihesu christo. nescien-
tes ordinatim componere convenientes ad ephesiorum urbem:
secundum communem sententiam johannis favorabilis theologi
obtulerunt: Qui omnia considerans. et ex eis gaudentes motus
que ab eis dicta sunt. in tribus euangeliis constituit. secundum or-
dinem mathei videlicet. et marci. et luce: eorumque nominati-
ones conscripsit. et singulas singulis euangeliis superposuit.
Inveniens autem eos dispensatione humanitatis
genealogizantes. quod de divino pectore hausit.
et ab illis dicta non fuerant ipse theologizat. supplens
et quod minus ab eis dicta sunt in capitulis divina miracula.
Unde tali constituto nullius hominis cogitationibus ante
adorso. sacro videlicet euangelio superposuit nomen suum. Se-
quenti denique tempore domiciano imperante romane
civitati post zeronem: et per medium imperantium irruentibus
in sanctum obtrectationibus exul multociens dictus theolo-
gus apostolus johannes de ephesiorum splendida urbe ab ipso
factus est: et in pathmos insula que una cycladum est insularum
habitare precepit. Istis autem in his existentibus. et epistolam
sancte et bene sepedicto sanctissimo Tymotheo dispensan-
te ephesiorum metropoli. reliquie prime ydolatrie in his
que tunc ipsam inhabitabant remanserant. Qui habebant
cartagiarum sicenim eandem ipsi vocabant festivitatem.
in diebus quibusdam proficientes pretexta quidem se ipsos circum-
ponentes. et ut cognosci nequirent. fascialibus velan-
tes illorum facies et ropola et ymagines simulacrorum
portantes. ac cantica ludicra quedam clamantes. super-
visibiliter inordinabiliter liberas et venerabiles mu-
lieres. Homicidia et alia plura illicita et nefan-
da operantes. et sanguinem multum effundentes inde
signatis locis civitatis. et hec quasi necessaria ad pro-
fectum anime agentes. non finebant frequentissime ip-
sos devocante sanctissimo tunc archiepiscopante Tymotheo.
Non prevalente autem illo doctrinis tale eorum insaniam prohi-
bere: inde huiusmodi eorum abhominabilis festivitatis
transcurrens in medium porticus. hortabatur illos dicens.
Viri ephesii. nolite ut ydolatre insanire. sed agnos-
cite plane illum qui est deus. Operarii autem diaboli indig-
nantes in doctrinam eius. ipsis quos prediximus super porta-
tis palis et lapidibus usi iustum interfecerunt: Servi vero
dei adhuc spirantem eum repausaverunt in monte
ipsi splendide civitati adiacenti multum portus
partibus. et cum pace ibi spiritum deo reddidit. Accipien-
tes namque eius sanctissimum corpus reposuerunt illud in loco
vocato pioni. in quo nunc existit sanctissimum eius mar-
tyrium. Domiciano veneni imperatore demoliente
vitam. imperium nerva suscepit. qui divinum apostolum et
euangelistam Johannem revocavit. Isque rediens et super-
stans ephesiorum ipsi splendide metropoli. inveniens
et secundum predictum modum finisse instantem vitam sanctissimum
Tymotheum. per eorum postulationem qui tunc inventi sunt sa-
crorum principes. presularum apostolici throni suscepit. qui et suf-
fecit moderans ipsam magne metropolis sanctissimam sedem
usque ad traiani imperium. Finium autem sanctus et gloriosus apostolus
et patriarcha ac martyr christi Tymotheus post vocaturum
catagogiarum. que est secundum asianos quidem quarti mensis tri-
cesima die: secundum autem romanos mensis ianuarii
vicesima secunda die: regnante in romanorum civita-
te predicto nerva. prosulante autem asiam per egregio. apostolo
nos regnante domino nostro ihesu christo. cui est honor et gloria in
secula seculorum. Amen.

De conversione sancti Pauli a.

Fuit Vir nomine Saulus
eruditissimus in libris moysi. et
cunctis legis cerimoniis que
tunc secundum litteram gerebantur. nichil
in his mysticum senciens aut ad-
vertens. Hic devastabat ecclesiam dei.
ingrediens domos et trahens viros ac
mulieres: atque in carcerem ponens. Igitur
cum adhuc spiraret minas et cedes
in apostolos domini: accessit ad principem sacerdo-
tum. et petiit ab eo epistolas in damascum ad sy-
nagogas: ut si quos invenisset huius vite viros
ac mulieres. vinctos perduceret ierusalem. Et cum iter
faceret: contigit ut adpropinquaret damasco. Et subito
circumfulsit eum lux de celo: et cadens in terram. audivit
vocem dicentem sibi. Saule saule: quid me persequeris. Du-
rum tibi est contra stimulum calcitrare. Qui dixit. Quis es domine.

O
viii. k. febr.